

dem (vt ipsemet Pontifex ait) satisfit in argumentis.

Secundò ea ratione & argumento probatur assertio
10 hæc, quod si disponens non præsumitur disponere de im-
possibili. c. a nobis, vbi Abbas de sent. exc. & Bal. in l. vlt.
§. in cõputatione, in sine. C. de iure deliber. Atqui si di-
spositio cõditionalis rejiceret iuris præsumptionem, &
aliã magis concludentem probationem, vt per testes, &
similes requireret, impossibilis redderetur, cõ multa sint
11 quæ testibus & similibus probationibus probari non
possunt, sicuti filiation, adulterium, & plura alia, de qui-
bus suo loco, ergo satis est, quod ad sit iuris præsumptio.

Tertiò accedit secundum Decium ratio illa, quod di-
12 sponens si non præsumitur restringere suam dispositio-
nem ad eũ casum, quo dispositio reddi potest inutilis. l.
3. ff. de test. milit. cum illi similibus. Atqui si de hæc pro-
batione ex legis præsumptione non intelligeretur dispo-
sitione hęc, inutilis redderetur ob summam difficultatem
probandi alia magis concludenti probatione. Ergo de
hac satis intelligi potest.

Quartò ita hanc sententiam confirmo.

13 Verba testatoris, si statuti, & alterius disponens reci-
piunt interpretationem à subiecta materia, etiam cir-
ca proprium significatum, l. hæredibus. §. vlt. ff. ad S. C.
Treb. & l. quib. dieb. §. dñs. ff. de cond. & demonst. & ibi
Socin. n. 4. Atqui subiecta materia hic significat præsum-
ptionem iuris esse veram & propriam probationem, cõ
aliter probari non possit, vt iã diximus. Ergo de ea hæc
dispositio intelligi debet. Nec huic sententia obstat
l. Lucius ff. de cond. & demon. quia respondetur, vt eam
de clarauit l. b. 2. de arbitr. iud. & c. casu 89. nu. 10.

Secundus est casus huius tertij casus, quando in di-
14 spositione hominis alia si probationes haberi possunt,
quam præsumptiue, ex ipsius rei natura, sed ex facto im-
pediunt, & testator, qui sciuit non posse probare cõclu-
dentibus, probationibus, ita cavit, lego centum Caio, si ab
eo probabitur Sempronium occidisse patrem meũ. Euenit
modo, quod directo testibus probari hoc non potest,
& id sciuit testator, sed hoc demonstrari potest validis
coniecturis à lege receptis. Ego crederem hoc in casu
factum esse locum conditioni. Nam ex quo sciuit non
extare probationes, sed coniecturas & præsumptiones
tantum, de eis intellexit. Ea adfertur ratio, quam & su-
periore casu commemoravi, quod alias inutiliter dispo-
suisset, quod dicendum non est. Præterea cum lex illum
habeat pro homicida, credendum est etiam testatorem
habere voluisse, ex quo suam voluntatem legi conformem
esse voluit, sicuti iam supra diximus. Accedit veram
15 paria sunt, si quo ad effectum, probationes non extare
de facto, vt quando testes non adfuerunt, & non extare
ex natura rei. At cum non extant ex natura rei, sufficit
probatio ex præsumptionibus, vt iam diximus, ergo idẽ
est dicendum in casu nostro.

Tertius est casus huius tertij principalis casus, quan-
16 do versatur in dispositione hominis, si & is disponens
sciuit utroque modo posse probari. Hoc casu crederem,
testatorẽ intellexisse de alijs probationibus, quã ex præ-
17 sumptionibus. Ea est prima ratio, quod si verba in poten-
tiori significato debet intelligi, l. qui in perpetuum. ff.
si ager vestigal. vel emphyt. pet. Et propterea Bal. in l.
peremptorias. col. vlt. C. sent. rescindi non posse, & cum
eo lason in repet. l. admonendi, num. 233. ver. imo for-
18 tius. ff. de iure iur. scripserunt, in dubio appellatione si pro-
bationibus, intelligi de plena. Accedit & altera ratio, quã
19 ad hęc casum singularis est, quod testator dum legat si
vt detegatur homicida, significat animum vindictæ cõ-
tra ipsũ homicidam, quem vt talẽ grauiter pupiri ex-
optat, & ideo sensit de probationibus non præsumpti-
uis. Nã ob præsumptiuas probationes, is homicida gra-
uiter puniri non possit, vt scribunt omnes in c. a ferre-
de præsumpt. & vberius dicemus infra q. 88. Et hoc in ca-

su rectè procedit opinio Decij loco iam citato. asserẽtis
dispositionem hominis intelligi debere de probationibus.
his, quæ extant ex natura rei. Cæteris verò in casibus iã
relatis malè ille docuit.

Quartus est casus huius tertij casus principalis, quan-
19 do si in dispositione legis municipalis, vel principis re-
scripto, & illis similibus probatio conditionaliter requi-
ritur. Hoc in casu, satis intelligitur de probatione ex hæc
iuris præsumptione. Ita sensit in specie, & rectè Berous
in d. rubr. extra de probat. num. 46. versic. quiniomo, & c.
dum ita interpretatur c. non solum. de regul. iur. in 6. &
deinde nu. 47. subiungit rationem. Quod scilicet in ha-

20 bentibus si Symbolum facilius fit transitus. l. in rem. §.
item quæcumque. ff. de rei vend. cap. quod in dubijs, vbi
glof. de consec. eccl. vel altar. Huc spectat quod respon-
21 dit Anchar. in cons. 422. ad finem, quod statutum si faci-
lius interpretationem recipit ab alio statuto, quam à iu-
re communi, cum in habentibus Symbolum facilius fit
transitus. Et Ancharanum secuti sunt Decius in l. 1. nu.
20. C. de secund. nupt. Goz. consil. 61. nu. 20. & Ripa in l.
centurio, nu. 3. ff. de vulg. & pupil. subst. cæteros sciens
prætereb. Ita ergo in casu nostro dicendum est, legem

22 ipsam municipalem, vel principem si qui est ipsa lex vi-
ua voluisse intelligere de iuris præsumptione, quæ ibi
legi probatio est. Adfertur melior ratio potest, quod id,
23 scilicet verba obscura si interpretationem recipiunt à
conditione personæ loquentis, l. si miles. ff. de test. mil-
lit. & ob id scribit Bald. in cap. cum venissent, de eo qui
24 mitt. in possess. quod si Rex mentionem si faciat iuris
intelligitur de iure regio, non autem de alio. Et Baldum
est secutus Decius in l. & militibus, nu. 4. C. de mil. test.

Cum ergo statutum, vel princeps mentionem probatio-
nis facit, intelligi debet probatio iuxta l. dispositionem,
quæ in præsumptione ab ea approbata verificatur, quã
quidem sententiam veram esse intelligo, nisi lex illa mu-
nicipalis alias rejiciat probationes præsumptiuas. Ex-
emplum sit, statutum approbat dotem concessatam constã-
te matrimonio, atq; ita rejicere dicitur eam præsumptio-
nem fraudis, quæ solet considerari à Docto. in l. 1. ff. fol.
matr. deinde subiungit statutum, nisi probatum sit eam
confessionem esse fictam & simulatam. Hoc casu, dum
statutum requirit hanc probationem, de vera, & conclu-
denti intelligitur. Est aperta ratio, quia alias contineret
pugnantia, quod dicendum non est. Ita aliquando inter-
rogatus respondi, & declarauit statutum Mutinæ, de do-
te concessata, n. 136. Ex prædictis declaratur traditio
illorum, qui scripserunt, præsumptionem censerẽ veram
probationem, quando probatio requiritur pro forma, vt
tradunt Aret. in consil. 51. col. 1. Alex. in consil. 80. nu.
10. lib. 2. Ia. in l. non hoc, nu. 15. C. vnde leg. & Ripa in c.
cum Ecclesia Sutrina. num. 23. ver. 3. ampliari. de causa
posse. & propr.

*Præsumptio an dicatur verè & propriè probatio, quan-
do fit mentio probationis, cum aliquo adiuncto.*

S Y M M A R I V M.

- 1 Præsumptio iuris & de iure vera est probatio, si probationis
mentio fiat cum adiuncto aliquo, vel qualitate. Secus est in
præsumptione hominis num. 2. Et quid sit de præsumptione
iuris num. 3.
- 4 Præsumptio iuris quando dicatur legitima & euidens probatio.
& num. 6. 7. & 12.
- 5 Legitimum dicitur illud quod à lege receptum est.
- 8 Præsumptionem contra se ex confessione sua dictam qui habet,
validiores probationes ad diluendam illam. ferre debet.
- o Probationes euidentiſſimæ adferri debent ab eo, qui factio iudi-
cis impeditum se asserit, quo minus appellat. orem à se inter-
positam prosequeretur.

Delicia

10 Delicta vel testibus, vel documētis, aut indicijs indubitatĩs pro-
bantur,

17 Delinquere nemo præsumitur.

13 Coniectura quanam faciant rem euidentiſſimam.

Q V A E S T I O XXXVIII.

Quarto trigesimo octavo, an præsumptio dicatur ve-
rè, & propriè probatio, cum fit mentio probatio-
nis cõ aliquo adiuncto, aliquave qualitate, vt puta quan-
do requiritur legitima probatio, euidens, vel aperta pro-
batio. Ego adhuc tres casus ita distinguo.

Primus est casus, cum de præscriptione iuris & de iure
1 loquimur. Hoc casu præsumptio ista dicitur vera, & legi-
tima probatio. Ita probat c. is qui fidem. de sponsal. Et
hac in re nemo ambigit.

Secundus est casus, cum loquimur de præsumptione
2 hominis. Hæc non dicitur si probatio legitima, nec eui-
dens, cum eam lex non approbaverit. Expectat enim fu-
turum iudicium iudicis, qui quidem iudex ita rejicere
quemadmodum approbare possit. Et probatur à fortiori
ex traditis supra q. 26. in si. cum diximus, hanc præsum-
ptionem non retinere nomen simplicis probationis. Et
in specie præsumptionem hominis non esse euidentem.
probationem respondit Rim. in cons. 223. nu. 52. & 55.
lib. 2. ex sententia Bald. in l. siue possidetis, num. 7. C. de
probat. Fel. in c. quanto, n. 52. de præsumpt.

Tertius est principalis casus, cum agimus de præsum-
ptione iuris tantum. Hoc in casu est dubitatio non medio-
3 cris. Multi enim in ea sunt opinione, quod hæc nõ dicitur
nec euidens, nec legitima probatio. Alij et non pau-
ci dissentiunt. Nos in aliquibus cõsueuimus sequi distin-
ctionem Decij, in rub. extrauag. de probat. col. pen. vers.
pro declaratione, & ob id ita hos casus subdistingimus.

Primus est casus, quando ex natura rei alia probatio-
nes, quam hæc ex præsumptionibus haberi non possunt.

4 Hoc in casu iuris præsumptio legitima si euidens proba-
tio dicitur, sicuti in probanda filiatione euidens, & legi-
tima probatio est illa, quæ à cõiuris, & præsumptio-
nibus à lege probatis ducitur, iuxta l. filium. ff. de his, qui
sunt sui, vel alieni iuris. Id quod ex aliquorũ interpreta-
tione probat l. pen. §. pen. ff. de probat. Cũ ait locum fore
veritati in probatione filiationis, si itaque veritas esse
dicitur, quæ nascitur à probatione filiationis, quæ conie-
cturis solum cõtingit probari, sequitur dicendum legiti-
mam habet, & euidentem probationem appellari posse. Ita
etiam probat l. 1. §. debeat. ff. de liber. agnosc. & in c. con-
suetudo. de probat. Est ratio, quam & superiore quæstio-
ne retuli, quod à lege fit recepta, & approbata. Et legiti-
5 mum illud esse dicitur quod à lege receptum est. l. legiti-
ma. ff. de pact. & eo loci scribentes. Et in specie hæc esse
probationem legitimam asseruit (vt dixi) Decius loco iã
citato, & Berous in d. c. consuetudo, num. 18. de probat.
Et hoc in casu male scripserunt ij, qui dixerunt hanc præ-
sumptionem non esse legitimam probationem.

Secundus est casus huius tertij casus principalis, cum
6 alia probationes ex natura rei haberi possunt, si & nulla
alia repugnat præsumptio legis. Exemplum adfert De-
cius, si cauetur statuto, quod in causa mutui procedatur
summarie, adhibitis legitimis probationibus. Hoc in ca-
su (ait Decius) legitimæ probationes intelliguntur se-
cundum subiectam materiam, & secundum ius commu-
ne. Sicuti & plena probatio, vt scribit Bart. in extrauag.
ad reimpendum, in verbo summarie, n. 8. & 9. secundum
subiectam materiam sumitur. Et hoc in casu possunt in-
telligi illa iura, quæ affirmant iuris præsumptionem esse
euidentem probationem, vt text. l. licet Imperator. de leg.
1. text. l. quidam testamento, ff. de vulg. & pup. subst.
& illi similia retuli supra q. 26. in secundo casu. Et hoc
in casu interpretari potest, cap. peruenit, de fideiuss. cum

requirit legitimas probationes in illa facti specie fieri o-
portere, legitima erit probatio, quæ ex his præsumptio-
nibus orietur.

Tertius est casus, quando ex natura rei alię probatio-
nes haberi possunt, & iuris præsumptio, altera vel ob p-
7 sonæ conditionem, vel ob actum repugnat. Hoc in casu si
iuris præsumptio sola non dicitur vera, euidens & legi-
tima probatio. Ita possumus intelligere multa iura quæ
euidentiſſimas, claras, & legitimas probationes requi-
runt. Ita loquitur l. cum de indebito. §. vlt. ff. de proba-
tio. Nam ibi euidentiſſimæ probationes requiruntur ob

8 negotij qualitatem, si quidem is, qui contra se si præsum-
ptione ex sua confessione ductam habet, vt eam diluat,
necesse habet validiores adferre probationes. Et cum
inter validiores nõ fit eo in casu sola iuris præsumptio,
euidentiſſima probatio non dicitur. Ita etiam declara-
tur l. vlt. §. illud. C. de temp. appell. dum Iustin. requirit
9 euidentiſſimas probationes si adferri debere ab eo, qui
asserit, se iudicis factio fuisse impeditum, quin appellatio
nem à se interpositam prosequeretur. Ea enim ratione
euidentiſſimæ probationes requiruntur, quæ præsum-
ptio iuris, quæ est pro ipso iudice, iuxta l. 2. C. de officio
ciuiliū iudicum, afficit ipsum appellantem duriori o-
nere probationis. Et ideo eo in casu non sufficit altera
iuris præsumptio, & consequenter præsumptio iuris so-
la non est euidens probatio. Et hac rone scribit Decius

in c. ex rone, n. 14. de appell. in casu d. §. illud, non etiam
sufficere iuramentum, ita etiã declaratur l. vlt. C. de pro-
10 batio. Cum ait, perpetrata delicta si probari vel testibus,
vel documentis, vel indubitatĩs indicijs. Eo casu nõ suf-
ficit sola iuris præsumptio, cum alia repugnet, nempe qd
11 nemo si delinquere præsumatur, l. merito. ff. pro soc. Ita
etiam intelligitur c. consultationi. de sponsa. Eo enim
loci, legitimæ probationes ex testibus requiruntur, nec
sufficiunt iuris præsumptiones, ex quo iam aderat contra-
ria præsumptio ducta ab assertionem mulieris dicentis, se
non consensisse. Ita etiam loquitur cap. 3. de hered. in
6. Vere enim ibi repugnat præsumptio iuris, & imò dum
legitima probatio requiritur, non potest dici legitima
illa, quæ ex altera sola iuris præsumptione descendit. Ita
pariter declaratur gl. in l. vlt. in princip. ff. quod metus
caus. Cum ait, eo in casu requiri probationes apertas
imo & apertiores. Id enim contingit ob repugnantem
præsumptionem iuris, sicuti manifestè ex illo responso
colligitur.

Quartus casus huius tertij casus principalis, potest
12 considerari, si quando legitima, vel euidens probatio re-
quiritur inspecta cõditione personæ. Exemplum adfert
in d. rub. extr. de probat. col. penul. vers. tertius casus. Si
statutum disponit, quod aduersus scholares solu admitti-
tantur aperta, & legitimæ probationes. Hoc in casu so-
la iuris præsumptio dici non potest euidens, & legitima pro-
batio. Ita Decius & rectè loco præallegato. Nam statu-
tum fauere voluit ipsi personæ. Cui quidem nil speciale
esset concessum, si locus esse præsumptionibus, & conie-
cturis, vt aduersus cæteras personas. Vt ei igitur quid
plus, quam cæteris tributum conseat, dicendum est,
præsumptionem iuris non sufficere.

Ex prædictis diffinitur illud de quo cõtendunt Iaf. &
Zafius in l. si pluribus. de leg. 1. Cum disputant, an con-
iecturæ faciant rem euidentiſſimam. Est enim dicendum
13 si quod aut coniectura est iuris, & de iure, vel etiam iuris
tantum. Et tunc euidentiſſima est probatio. Aut est con-
iectura generis, & tunc nõ. Ex prædictis potest declarari
statutum Bononię lib. 4. de restitutione dotis. §. propte-
rea, dum statuit quod præsumatur mulierem consensisse
marito, vt perciperet, fructus paraphernalium, nisi
contraria voluntas legitime probaretur. Gratus in cons.
54. n. 53. lib. 1. declarando hoc statutum, respondit rei-
ci præsumptiones, & coniecturas. Mõterentius in anno-
tationibus

tationibus ad prædictum statutum scribit, sufficere præsumptionem iuris, si aliqua alia coniectura cõcurrit, Ex quo agitur de his, quæ in domo geruntur, & de quib. haberi non possunt probationes, ita de facili existimo relictis sensisse Gratium, scum in casu dicti statuti præsumptio iuris stet pro ipsa muliere, quod non consenserit, sicuti declarabimus infra li. 3. in præsumpt. 9. nu. 20. ubi explicabimus, quando maritus præsumatur sublucratu fructus paraphernalium. Cum itaque præsumptio stet pro ipsa muliere, & statutum requirat legitimam probationem contra eam, dicendum est debere intelligi de vera, & propria probatione, alioquin superuacanea esset dispositio statuti, quia posset semper mulier dicere se probare suam intentionem præsumptione iuris, quæ pro se extat.

Præsumptio vel vera probatio an illa esse dicatur, quæ ex diuersis speciebus probationum, seu ex multis præsumptionibus oritur, copiosè explicatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Probatio ex diuersis speciebus probationum resulfans, præsumpta dicitur. Vide tamen ibi. n. 18.
- 2 Probatio composita ex duabus speciebus perfectis, ac per se stantibus propriè dicitur probatio.
- 3 Probatio composita ex duabus speciebus imperfectis, eiusdem tamè generis, formæ, & substantiæ, probatio propriè dicitur, & substantiæ, & substantiæ, probatio propriè dicitur.
- 4 Imperfecta duo eiusdem generis efficiunt vnum perfectum, etiã in indiuiduis, & substantialibus.
- 5 Probatio propria dicitur etiã illa, quæ composita est ex vna specie probationis perfecta ac plena, & alia imperfecta ac semiplena.
- 6 Vincula duo non censentur, quando vnum eorum est vitiosum, & nullius momenti.
- 7 Probatio præsumptiua tunc constituitur, cum duæ species probationis imperfectæ diuersi generis simul iunguntur.
- 8 Res naturales non constituuntur ex argumentis.
- 9 Totum ex pluribus coherentibus quæ partes sunt, constituitur.
- 10 Separata & non coherentia non constituunt vnum totum.
- 11 Præsumptio ex pluribus differentibus argumentis, ad eundem finem tendentibus constituitur.
- 12 Causatum sequitur naturam suæ causæ, id tamen quandoque falsum num. 13.
- 14 Testes duo simul iuncti, verè & perfectè probant.
- 15 Dominium verum, & proprium, causatur à traditione facta, & impropria.
- 16 Possessio vera, & propria transfertur per clausulam constituti.
- Idem est in actu quo defertur hereditas. n. 17.
- 19 Proprium dicitur, quod sub definitione continetur.
- 30 Probatio est actus res dubie faciens fidem.
- 21 Species propriè continetur sub suo genere.
- 22 Probatio plena dicitur, quæ ex duabus semiplenis conficitur.

Q V A E S T I O XXXIX.

QVAERO trigessimono, an præsumpta, vel vera probatio esse dicatur illa, quæ ex diuersis speciebus probationum, seu ex multis præsumptionibus resultat? Et præsumptam esse docuit Baldus in rubric. extra. de præsumpt. nu. 3. in fin. in cap. 1. §. cum autem. nu. 8. de controuerf. inuest. quem secuti sunt Fel. & ceteri in rub. extra. de probat. Verum eo loci Berous num. 16. & num. 17. quo hanc iuris questionem apertius explicaret, tres casus distinxit, atque constituit. Ego verò quatuor, ex eiusdem tamen Beroui sententia distinguam. Primus est casus, quando probatio est composita ex duabus speciebus perfectis, ac per se stantibus. Hoc casu, ait

Berous dubium non est, quin hæc propriè probatio effedicatur. Quam quidem assertionem inquit Berous, probari a glos. in l. census. ff. de probation. quæ non satis hoc mihi explicitè dicit. Nec etiam probant c. series. de testibus, & attest. in illis verbis, tam testes, quam instrumenta, & text. c. forus. in verbo probatio. de verb. signif. sicuti opinatur Berous. Nam & si vterq. locus probet illam esse probationem, quæ à testibus, vel ab instrumentis descendit, non tamen asserunt verè, & propriè probationem nasci à duabus ex his simul coniunctis considerata scilicet mixtura. Credo tamen assertionem ipsam, esse veram ob id, quod si singule ipsæ species constituunt veram, & propriam probationem (vt diximus) multò fortius, cum ambæ species simul iunguntur. Et si propriè probatio dicitur illa, quæ ex duabus probationibus imperfectis eiusdem speciei constituitur, sicuti in subsequenti casu dicemus, quanto fortius hic, ubi duæ perfectè copulantur.

Secundus est casus, quando probatio est composita ex duabus speciebus imperfectis, quæ tamen eiusdem generis, formæ, & substantiæ sunt. Hoc in casu adhuc præsumptio propriè probatio. Ita Berous in d. rub. de probatio. nu. 16. verè idem esset. Qui quidem scribit ita sensisse Baldum ibidem, nu. 3. verè porro. Et est huius sententiæ ratio, quod duo imperfecta teiusdem generis efficiunt vnum perfectum etiam in indiuiduis, & substantialibus vt probat tex. in l. r. C. qui num. tutel. & melius tex. in c. nihil. 7. q. 1. quo loci statuit Concilium Toletanum, sacrificium missæ, quæ vnitatis esse dicitur, si ab vno est accepta, & ob superueniente in infirmitate relicta imperfecta, potest ab altero sacerdote perfici. Quod intelligit Cardinalis de Turrecremata ibidem, n. 1. esse verum ex sententia D. Thomæ in 3. par. summæ, q. 83. art. 6. quando is primus sacerdos defecit post consecrationem corporis Seruatoris nostri, ante consecrationem sanguinis. Nam tunc secundus sacerdos consecrationem sanguinis facere poterit. Ea est ratio, quia licet plures, diuersæque sint hæc Sacrorum personæ, ob fidei vnitatem, vna sola censetur. Et hæc eadem constitutio adductus idem censuit ipse Berous in c. fecit. nu. 19. de probat. Quo loci ait etiam in conditionalibus & indiuiduis, hanc probationem dici propriè probationem.

Tertius est casus, quando probatio est composita ex vna specie probationis perfecta ac plena, & ex alia imperfecta ac semiplena, quæ sane species sunt diuersi generis. Hoc casu adhuc dicitur propriè probatio, non autem præsumptiua, ita docuit Berous in d. rub. extra. de probat. num. 16. verè tertius casus. Ea ratione vtiur, quod sola probatio illa perfecta, & plena, est in consideratione, illa verò imperfecta, & semiplena est superuacanea. Quam sententiam (ait Berous) probat c. sicut. de probatione. Huc pertinet illud simile ex doctrina Baldi in l. 1. nu. 2. C. de legi. hered. cum ait duo vincula non censeri, quando vnum eorum est vitiosum, & nullius momenti, quia vt superuacaneum considerari non debet. & Bald. secuti sunt multi alij.

Quartus est casus, cum duæ species probationis imperfectæ diuersi generis, seu duæ præsumptiones (est enim idem hic dicere, duæ præsumptiones, quod duæ semiplenæ probationes, cum probatio semiplenam præsumptionem pariat, vt diximus supra q. 7. in fine) simul iunguntur, vt puta, si confessio extrajudicialis iungatur cum teste, iuxta cap. cum dilectus, de success. ab intest. Vel si instrumentum testi annexatur, iuxta exemplum propositum à Baldo in rub. C. de probat. in princ. vel si testis, & fama copulentur, iuxta exemplum Baldi in c. 1. §. cum autem, nu. 8. in fi. de controuerf. inuest. sit. Hoc itaque in casu, non constituitur vna vera, & propria probatio sed solum præsumptiua, ita censuit Bald. in d. ca. 1. §. cum autem, nu. 8. de controuerf. inuest. idem sensuit ipsemet Bald. in cap.

in c. 1. §. conuentulam, nu. 8. de pace inra. firma. & in rub. C. de probat. in princ. & cum Baldo idem scripserit per multi in rub. extra. de probat. vbi Felin. num. 4. & Berous n. 16. in fi. attestantur, hanc esse receptam opinionem. Quam quidem probauit & Iason in repet. l. admonendi, n. 2. §. ff. de iureiur.

Primò ea ratione motus est Bal. quod res ÷ naturales non constituuntur ex argumentis, nam cum argumenta inuicem non cohereant, non possunt vnum totum constituere, cum vnum ÷ totum ex pluribus coherentibus, quæ partes sunt, constituatur. Exemplum adferri potest in humani corporis compagine, quæ ex solis coherentibus connexisque membris constituitur. Cum ergo ex separatis ÷ non coherentibus, non constituatur vnum totum, sequitur dicendum solum præsumptionem, non autem probationem confici. Si quidem præsumptio (autore eodem Baldo, suis locis relato) ex pluribus ÷ differentibus argumentis ad eundem finem tendentibus, constituitur. Verum hanc Baldi considerationem rejicit Berous in d. rub. extra. de probat. n. 22. tum quia Bald. nil ad suæ assertionis confirmationem adfert, tum quod falsum esse existimat Berous argumenta probationem non facere. Quæ de re suo loco.

Secundò ea ratione vsus est Decius in rub. extra. de probat. ad finem, causatum ÷ sequitur naturam suæ causæ, l. vlt. C. de natura. liber. & c. principatus. r. q. 1. At qui probatio hæc mixta sit ex semiplenis probationibus, quæ non sunt probationes per se, sed argumenta & præsumptiones. Ergo simul iunctæ non probationem verè & propriè, sed præsumptionem faciunt. Ceterù hæc argumentatio triplici ratione confutatur à Berou in d. rub. extra. de probatio. nu. 20. Vna quod in specie hac, ÷ causatum non sequitur naturam suæ causæ, nam hic videmus, quod etsi semiplena probatio nil optuletur, attamen duæ semiplenæ simul iunctæ proficiunt, l. admonendi, vbi Docto. ff. de iureiur. & c. vlt. de iureiur. ita enim (si vera esset Decij ratiocinatio,) sequeretur quos testes non efficere veram, & propriam probationem, ex quo separatim considerati, vix semiplenam probationem constituerent, & tamen vera est hæc sententia, quod duo testes ÷ simul iuncti verè, & perfectè probant. Præterea (vt ait idem Berous) nil impedit quominus propriè sit probatio, etsi modi, quibus illa conficitur improprij sunt, ita enim videmus dominium ÷ verum & proprium causari à traditione facta, & impropria, vt scribunt Bart. in l. ex hoc iure. de iust. & iur. Alex. in consil. 87. libr. 5. ita et videmus clausulam constituti, qua possessio transfertur, leg. quod meo. vbi Docto. ff. de acq. poss. esse actum factum translationis, & tamen vera ÷ & propria possessio transfertur, l. certo, §. 1. ff. de precat. & scribunt omnes in l. ab emptio ne, ff. de pactis, & copiosè Titaquel. in tract. de constituto. p. 2. ampliat. r. ita etiam dicimus, quod etsi actus, quo hereditas ÷ defertur, actus fictus sit, attamen delata ipsa hereditas est vera, & ob id sub statuto mentione de hereditate faciente continetur, ita respondit Burr. in consil. 20. equitas suggerit, quem secuti sunt Soci. Sen. in consil. 147. col. 1. li. 1. & Bellonus lib. 4. supp. iuris, c. 12. n. 14. quo loci alia similia adfert. His itaq. recepte sententiæ confutatis argumentis, contraria opinio vñ verior.

q. d. hæc sit vera ÷ & propria probatio, non aut præsumptiua. Quam sane opinionem probant Arret. in c. cum causam, n. 34. & ibid. Fel. n. 10. de probat. eiusdem sententiæ fuit, & Berous in d. rub. extra. de probat. n. 18.

Primò ea ratione adducti sunt, quod illud dicitur proprium, qd sub diffinitione continetur, vt declarat Bart. in l. omnes populi, num. 54. de iustit. & iur. omnes in leg. 1. ff. de testam. & in rub. in sit. eod. tit. At qui hæc probatio ex multis imperfectis composita, sua diffinitione continetur. Ergo est propriè probatio. Illa minor probatur, quia probatio est ÷ actus fidem rei dubiæ faciens

vt scribunt omnes in rub. de probat. sed hæc probatio fidem facit. Ergo & c. Ceterum, ni ego fallor, nil concludit hæc argumentatio, quandoquidem etiam sola iuris præsumptio, si modò nil ei repugnet, fidem facit, & tamen ex communi sententia non est propriè probatio.

Secundò ita argumentatur Berous, species propriè continetur sub suo genere. l. hoc legatum. §. neque interesse. de leg. 3. & scribunt Bald. in l. 2. C. de iure auro. 2. nul. & Dec. in rub. ff. de iurisd. omnium iudic. num. 2. At qui hæc probatio, quæ ex semiplenis imperfectisq. probationibus constituitur, est species probationis, l. 3. §. eiusdem. vbi glos. ff. de testib. ergo est propriè probatio. Verùm responderi potest, negado illam minorem propositionem, quæ pro constanti non est præsupponenda, cum de ea nunc disputari contingat.

Tertiò mouetur & rectius Berous, ea dicitur esse plena probatio, quæ ex duabus semiplenis conficitur, l. admonendi. vbi Docto. ff. de iureiur. & c. vlt. eod. tit. sed plena probatio est propriè probatio, vt re ipsa constat. Ergo & hæ simul iunctæ semiplenæ, atque de se imperfectæ.

Præsumptiones plures, quando & quomodo iungi simul possint, ad faciendum plenam & perfectam probationem.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptiones hominis duæ vel plures iungi simul possunt, ad constituendam plenam probationem in causa civili non ardua.
- 2 Causa civilis ardua criminali æquiparatur, ob præiudicij grauitatem. & num. 8.
- 3 Præsumptiones, quam probationes facilius simul iungi.
- 4 Præsumptiones plures non coniunguntur in causa civili ardua, vel magni ponderis.
- 5 Præsumptiones duæ ad faciendam plenam probationem, non coniunguntur in causa matrimonij, vbi præsertim de illius separatione ageretur.
- Aliud esset si de confirmatione illius, vel validitate tractaretur. num. 6.
- Et quid sit in probatione filiationis. num. 7.
- 6 Præsumptiones plures, quando etiam in causa criminali simul iunguntur, & quando non. num. 10.
- 7 Præsumptiones plures si concurrant, simul etiam tunc iunguntur, vbi agitur in causa criminali de pena infligenda.
- 8 Delictum ex concursu præsumptionum præsumitur.
- 9 Falsi crimen ex pluribus præsumptionibus probari.

Q V A E S T I O XL.

QVAERO nunc quadagesimò, an & quando præsumptiones plures iungi simul possint, ad faciendum plenam, & perfectam probationem? Hæc iuris questio perplexa est, & malè à nostris explicata. Quo autem à me facilius pleniusque explanetur, aliquot casus constituenti sunt, sed prius illud dicam, disputationem hæc esse de præsumptione hominis, nam illa legis est per se probatio, sicuti supra suo loco diximus. Casus itaq. huius questionis ita distinguo, atque constituo.

Primus est casus, quando agitur de causa civili, quæ ardua non est. Hoc casu duæ ÷ vel plures præsumptiones simul iungi possunt, ad constituendam plenam probationem, ita censuit gl. in l. 2. in princ. in verbo, legitimis, ff. de excusat. tut. in l. instrumenta. C. de prob. in c. cum causam, in gl. vlt. de prob. c. accedens, il 2. in verbo, oriundus, vt licet non, ita etiam intelligo Bal. in l. si quis ex argētarijs. §. 1. in 4. notab. ff. de eden. cū ait in civili duas præsumptiones simul iungi, ad faciendum plenam probationem, intelligo in civili causa non ardua. Nam si ardua ÷ est, criminali æquiparatur, vt infra suo loco dicemus, ita etiam interpretor Baldum in consil. 3. casus talis est. Quidam Petrucius